DISSERTATIO

INAUGURAL

DE

DIABETE ME

QUAM,

ANNUENTE SUMMO

EX AUCTORITATE REVERENDI

D. GEORGII BA

ACADEMIÆ EDINBURGEN

NECNON

AMPLISSIMI SENATUS ACADE

NOBILISSIMAE FACULTATIS M

Pro Gradu D

SUMMISQUE IN MEDICINA HONO

RITE ET LEGITIME CO

ERUDITORUM EXAMIN

DANIEL V. B

EX PROVINCIA NOVI

SOC. REG. MED. E

——

... super ... um ...
... et penealum facit.

—— quod ...
... ——

——

... NAS AUGUSTAS, HOR

EDINBURG

EXCUDEBAT P.

MDCCCXIX

[10.]

DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS
DE
DIABETE MELLITO;

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI,

D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NECNON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU, ET

NOBILISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ DECRETO;

Pro Gradu Doctoris,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

DANIEL V. BURTON,

EX PROVINCIA NOVI BRUNSVICI,

SOCIET. REG. MED. EDIN. SOC.

At cum urina super potionum modum, etiam sine dolore profluens, maciem et periculum facit. CELSUS.

" ——— quod medicorum est
Promittunt medici ———" HORAT.

IV. NONAS AUGUSTAS, HORA LOCOQUE SOLITIS.

EDINBURGI:

EXCUDEBAT P. NEILL.

MDCCCXIX.

Petro Fraser,

ARMIGERO,

UNI EX SENATORIBUS PROVINCIALIBUS

NOVI BRUNSVICI,

&c. &c.

DANIEL V. BURTON

SALUTEM.

Tibi, Avuncule carissime, omne quodcunque boni aut laudabilis est meum post Deum debeo; Tibi, itaque, qui in me tot ac tam magna beneficia præter merita cumulasti, hasce meorum studiorum primitias, eheu parvas! sacras esse volo. Hoc animi gratissimi argumentum accipias quæso, quo testatum cupio, quam carum atque sanctum semper erit mihi tui meminisse.

Diu feliciter vivas et valeas, bonisque omnibus amatus, obsecro et semper obsecrabo. Valete.

Joanni Gillies, M. D.

CLASS. REG. BRIT. CHIRURG.

SOC. WERN. SOD.

&c. &c.

HOC OPUSCULUM,

PIGNUS

AMICITIÆ SINCERUM,

SACRARE VULT

AUCTOR.

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

DIABETE MELLITO.

DIABETES est morbus, qui nostro ævo non peculiaris videretur; nam testimonia ejus ab antiquis subinde nobis oblata sunt; sed ab iis, eum non bene intellectum esse, nec quidem usque ad tempus WILLISII, judicandum. Ejus nomen a verbo Græco διαβαινω, (percurro), ducitur; "quod humor corporis nullo in loco consistit, sed subinde de loco in locum διαβανει, hoc est pertransit non aliter quam aqua per syphonem quam Diabeten vocant Mechanici *." ARE-

* GORRÆUS definit.

TÆUS quoque dicit: " Atque inde mihi huic morbo Diabeten appellatio, indita fuisse videtur, perinde ac si pertranseuntem dixeris, quod in corpore humor nullus remanet, sed ubicunque in homine collectus, stagnaverit ad exitum labitur *." Apud veteres, morbum auctores retulerunt, in toto ad urinæ fluxum auctum, ejus dotium mutatarum inscii. Ex hoc, apud tempora diversa, tales nominum varietates accepit; nempe, Hydrops in Matulam, Morbus sitibundus, Diabetes aut Fluxus Urinæ †, exitu veloce liquidorum sumptorum. Dipsacon ‡ ab morsu serpentis Dipsæ, successa detractione urinæ magna: et denique, Morbus Anglicus. Quomodo deduxit hoc nomen est difficile dictu, nisi ab eo existimando frequentius in hac regione obvenire; sed ut multi auctores adventitiæ mentionem faciunt ejus, id solum sit conjectatio. Observantia quadam accurata hanc causam confirmare, opus erit. Certe mihi videtur, Anglos Medicos dedisse attentionem majorem occasioni,

---

* ARETÆUS, lib. ii.

† ACTUARIUS, lib. i.

‡ GIRDLESTONE's Historical Sketch.

indiciis, et medendi rationi: nam res multæ memoratæ ab auctoribus peregrinis, tam miræ videntur, ut vix ac ne vix credi; et nobis sententiam mediocrem, eorum notitiæ morbi præbent. Descriptio quam ARETÆUS tradidit, optima videtur, priore ad eam WILLISII habemus. Lucida est, et distincta; et in speciem ex observantia facta. Igitur non mirabile est! Quomodo urinæ saporem peculiarem omisisset? Plurimi majorum fabulam tantam commiscuunt, cum horum descriptionibus, ut dogmata nulla eruerunt illis; num, præcipue insipidus morbus idiopathicus haberi potest. Alius affirmat, "se vidisse mejentem vinum rubrum eo colore quo fuerat haustum *;" alius, (BACHETONUS), "se ipsum per catheterem tres uncias et semissam olei amygdalarum communium, quod ægrotus triduo antea biberat, eduxisse affirmat †." Narrationes aliæ diversæ pariter ineptæ, et prorsus abjiciendæ, narrantur. Alia et alia in qua clavus, et quinque acus erant sorptæ, et urina exhaustæ. Tanquam natura saccharina urinæ, haud ullo scriptore ante WILLISIUM, observata

* TRUNKA, de Diabet.

† SHIRREFF's Thesis.

est; quædam mutationes peculiares, in ejus statibus sensuum afferientibus, non præteritæ sunt attentioni, ab HERCULE Saxonia; qui, ita species duas morbi depinxit, quas Veræ, et Nothæ appellavit, et gustu, colore, et odore urinæ distinxit: "Mictio depravata ratione quantitatis et temporis potest sub nomine Diabetis comprehendi, dummodo duplicem constituamus diabeten, legitimam unam, spuriam alteram."—— "Est autem Legitima Diabetes, excretio rei potulentæ, prorsus non mutatæ in odore, colore, et sapore per vias lotii."

"Spuria Diabetes, quam Arabes Multitudinem Urinæ appellarunt, est excretio urinæ in tanta copia, quæ longe superat quantitatem rei assumptæ humidæ *."

Opiniones hominum duorum medicorum celeberrimorum HEBERDENI et CULLENI, ex adverso dissident; hic affirmat dulcedinem raro, aut unquam fuisse sensuram; dum ille vix contrariam novit, et ex exemplis viginti, quibus habebat, unicum ostendit notas insipidi ullas: ita referit opinionem nullam, quam attinet ad ejus obveniendam sub forma idiopathici: "Ego-

---

* GIRDLESTON'S Hist. Sketch.

met quidem existimo, obveni unum exemplum Diabetis in quo urina erat penitus sine sapore; persuadeor tamen, exempla ejusmodi sunt rara, et ut aliud est multo pervulgatius; ac an haud scio, quam fere occasioni universa*:" tum sive species duo sunt dissimiles, seu aliam in alia convertunt, euntes modificationes ejusdem morbi, dubium est, resque non satis perspecta. Ob multas rationes, animus fert iis consentire, qui unum solum verum morbum idiopathicum putant: alterum assero esse symptomaticum, ut in Hysteria, Hypochondriasis, et post morbos acutos multos, obvenit.

De Definitione.—Definitio singuli morbi necesse est ex ea opinione formata de eo, delineata, ab indiciis facillime perceptis; quæ simul ab omnibus aliis, vires eum distinguere nobis faciunt, ei prope adsimilibus aut relatis. Sic habuimus incepta multa pro definitione accurata Diabetis, omnia seipsis pariter bona, nisi ut quædam plures notæ generalis includunt. Cullenus eum definit: "Urinæ plerumque præternaturalis, copia immodica, profusio chro-

---

* Cullen's First Lines.

nica*," tum designat species duas, Mellitum et Insipidum, et signa alia utriusque specie addit. Hoc attamen non notitiam accuratam morbi prodit. HOMIUS, in ejus descriptione ampla prævenit id; in qua satis dilucidus fuit, sine nimia parvitate, aut colligente molem indiciorum seducere, crucemque figere. Verba ejus sunt, "Urina aucta et subdulcis, sitis perpetua, cutis arida et plerumque squamosa†." ROLLO, addendo catenam conditionum corporis, quæ, secundum circumstantias vel adsint vel absint, ejus dedit. Sequente est, "Desiderium cibi inexplebile, sitis perpetua, urina aucta, et subdulcis, pulsus frequens, calor parum auctus, cutis arida cum marcore‡." Quisque definitio satis perfecta detegere morbum in ejus gradibus extremis habeatur; sed res maxime momenti est, mature agere, antea fit inveteratum.

De Indiciis.—Hic est morbus, qui pedetentim, et quasi per insidias obrepit; sæpissime negligitur, usque quædam indicia acuta periculi

* Nosolog. Method. Syn.

† HOME's Clinical Exper.

‡ ROLLO on Diabetes.

ægrotum admonent. Forsan lateret menses nonnullos, donec macies factæ esset momenti alicujus, et ejus sedes tam firmiter fixa, ut immedicabilis facta fuerit: quum ægrotationis natura, citius ab inquirente exigue esset nota, remotio majus possibilis fuisset. Pro hac igitur ratione, est necesse intentionem singularem conjunctione signorum dare, quæ obveniunt; nam multi eorum valent separatim in morbis aliis; dum simul sumptæ, unum morborum inusitatissimorum, ad quos humanum corpus patet, formant. Ægroto dolorem multum creante dum permanet, tum mentis corporisque: et nonusque anxietatis medico sine copiam magnam abjiciente. Quum primo apparet, cibi paulo edacior, solito fit, sitis et urinæ super modum copiose. Duo priores morbosi non suspicantur ex illis tam frequenter obviis in sanitate; posteriores, in subsidium fluidæ auctum, ad sitem sedandam recursum fingere, probe existimantur. Res sese ita habebant per tempus nunc brevius, nunc longius, et series temporis labente, ante ulla solicitudo excitatur: nec usque symptomata alia pertristia ægrotum ducunt, ejusve amicos, auxilium medicum arcessere, qui si in re non proprie cautus, morbum omittet, donec con-

ditio urinæ vera casu patefiunt, tumque Diabetem confirmatam declaratur. Appetitus vorax nunc fit, cupiditate edendi statim fere post cibum captum redeunte. Verminatio in ventriculi regione est, cum ardore, anxietate, flatu et ructubus acidis, ostendens actionem ejus visceris quasi depravatam, et succi gastrici statum vitiosum. Sitis valde urgetur, et apud Doctorem Home, in ejus Prælectionibus Clinicis, "more so from six to nine o'clock in the morning;" sic cupidum bibendi ægrum resistere nequit, et tamen quo plus bibit, eo majus exigere videtur. Saliva viscida, tenax, et dulcis spumat, æquo albidior præter consuetudinem; hic tamen variat, enuntiantem uti acidum amarum, et sæpe non exprimendum. Os plerumque arescit cum lingua sordida et albida, dum margines solito intensius rubent: gingivæ rubicundæ, tumidæ, et interdum exulceratæ apparent, sic ut alveolas nudant; ad quos, dentes pares firmi inhærent, et laxi fiunt.

Hebetari quoque videntur, perinde quasi acidum quoddam fuisset acceptum. Capitis dolor nonnunquam occurrens, et angor perpetuus plus minusve acutus in renum regione; sensus oppressionis, aut dolor obtusus in lumbis sæpe de-

orsum ad femora extendens; exhalatio per cutem cum maxime perturbata, et vix, immo in exemplis plurimis ne vix quidem excitari potest. Cutis tactum proprium valde, non in aliis exemplis inveniri, habet; arida et squamosa est similis membranulæ siccæ; sensum caloris tactui præbetque; et ut GREGORIUS eximius inquit, "digito ei imposito, eundem sensum præbet, quem vesica arida aëre distenta," ab ejus insensilitate, vulnus alicujus momenti sine ullo dolore ægroti magno infligetur. Alvus plerumque adstricta, et dejectio raro deducta, nisi medicamentorum ope, quum fæces ejectæ colorem luti vel kuphæ habent, quæ illo peculiari odore, sanitatem tam vulgari vacant. Adsunt nunc omnia signa debilitatis; lassitudo et aversatio motui, vultusque insigniter contristari videtur, cum vacuitate insigni, quasi facultas mentis sit læsa, quod multis existere dicitur. Virilitas perditur, et ut Dominus CLEGHORN observat, "Coitus nullus, erigitum nunquam, ne quidem semel rigescit." Pulsus est fluctuans inter 75 et 90, et nonnunquam auctus ad 120. Ægrotus nunc fit tam debilitatus, ut coerceatur lectum. Febris hectica perfecta nunc formatur, ab rubore vultus vespertino monstrata, et pulsu celeriori; su-

doribus nocturnis multum ægrum debilitare tendentibus. Pedum tumores œdematosi sese ostendunt, qui quoque gelidi sunt, et fere omnino remanent. Remotio notæ peculiaris morbi nunc evenit. Desiderium cibi desinit; urina e dulcissima fit insipida, et multum diminuta in quantitate, cum difficultate singulari, et dolore inter mingendum, præsertim in fœminis; sitis quoque decedit; fauces exulceratæ fiunt, et deglutitio difficilis; stupor supervenit, et ægrotus pedetentim, tacite, appariterque sine certatione, in mortis amplexus decidit.

Talia signa quæ plerumque Diabeten Mellitum comitantur; sed quibusdam variabunt. Alia præterea, etsi non semper adesse solent, sicuti phymosis, inflammatio apud os urethræ, cum ardore urinæ, fœminisque prurigo vexans, et ingrata circiter meatum urinarium. Est ordo alius indiciorum, quæ sensus afficiunt morbo provectiore, et ut putem, finem fatalem clare ostendens; videlicet, visus imminutio, vel abolitio prorsus interdum; et quæ valide confirmatæ fuit, in exemplo sub Doctore Home, qui sic in ejus Prælectionibus Clinicis id memoravit: "The opacity of the crystalline lens is much increased since her admission, and

now approaches to a perfect cataract. Dimness of sight has been very little noticed, particularly by myself, as indicative of the last stage of Diabetes; yet it has been mentioned as such, by one or two authors." In hoc morbo mihi videtur, proclivitatem insignem esse ad abscessum; qui, pus fœdum et insalubre secernit, vires constitutionis demonstrans magnopere deficere. Tanquam enumeravi indicia multa non omnia necessaria censenda ad morbum formandum, sed solum numeri majores minoresve, ut accidet: opus tamen urinæ sapore dulci hunc morbum constituere, et ut GREGORIUS jure inquit, "Non hæsitarem illud exemplum Diabetis Melliti nominare, quum fluxus urinæ tantummodo libræ quatuor vel octo erat, si qualitates saccharinas habentes." Recte dividetur in Acutam simplicem, et Longam; ut signa marcoris quanquam diu perstant, tum suspendantur annos multos, tandem renascuntur, et ægrum conficiunt. Alii morbi Diabeti conjungi possunt, maximeque inflammatio pulmonis, quæ interdum finem infaustam provocat. Scriptor dixit: "I never saw a case in which some inflammation of the chest did not appear *."

* BARDSLEY's Medical Reports.

Proximum est, ut qualis sit urina, qualisque sanguis, eo laborantibus, paucis verbis ostendam: quantitas urinæ absoluta et relativa, magnopere statu sano recedit; mediocris est ab quatuor ad sex libras indie; sed in Diabetem sit XXX. XL. et usque LX. Ejus dotes, tum physicæ, tum chemicæ, valde mutantur; color sæpe flavus et subviridis est, interdum quasi stramineus, sæpe pallidus et penitus pellucidus. Nubeculam tenuem innatantem exhibet; pellicula oleosa sæpe obtegitur; cum iis, os eodem sapore, qui saccharum mulcet, et mel aqua liquatum simulat; in exemplo quod videbam, apud noctem dulcis, mane alcalina, vicibus alternis erat. Gravitas specifica augeri invenitur; ea urinæ sanæ esse 1023, cum in hoc morbo 1044. Si evaporationi subjecta, partem materiæ suaveolentis magnam, naturæque, theriacæ interdum $\frac{1}{12}$ totius quantitatis præbere patebit. Hæc est causa fermentationis in quam facile ruit. Doctor MONRO mentionem fecit triginta grana sacchari ad unciam urinæ sanæ, eum facere tam dulcem, tam diabeticam, exigere. Ab variis experimentis apparet Uream abesse, aut prope sic; dum quoque Acidum Phosphoricum deficit. Ex his, igitur, in capitibus multis ab urina communi, dif-

ferre patet. Sanguis emissus tunicam coriaceam albam ostendit, et ejus cruor minime firmus videtur; humor turbidus haud lacti absimilis, sero incumbere apparet. Num sanguis dulcis est, disputatur: animus fert, certe non esse, quantum ipse vidi, existimare. Noster Professor Chemiæ ingeniosissimus Doctor HOPE, in ejus experimentis primo Glasguæ, dein Edinburgi institutis, eandem opinionem sustinuit, de qua re sane non dubitandum. ROLLO et CRUICKSHANK, in eo saccharum detegere non possunt: et verisimile est, DOBSONIUS, patronus ardens hujus, seipsum falsus est.

DE SECTIONE CADAVERIS.—Expectatio communis est, corpore scalpello examinando, quod morbo sive acuto seu longo obiit; alia atque alia ejus phænomena in apertum proferunt, aut causa indiciorum primorum patefiet. Uti, infeliciter! ex copia magna, et discrepantia signorum morbidorum post Diabetem obvenientibus; dissectio parum nisi ambiguitatem, perceptioni indistinctæ nostræ ejus sedis, et causarum, addidit. Auctores quidam unam mutationem morbi effectum, dum alii eam causam appellarunt: omnesque plus minusve apte consecutiones opi-

nioni deduxere. Ut accurate inter causas et effectus distinguatur, semper difficillime, et subinde impossibile est. Ab renibus considerandis multo, ut sedem morbi, sedulo obsecuti sunt, præcipue a nostro eximio Professore Anatomiæ Doctore MONRO in ejus accurata, et perspicua, dissectione de Isabella Symington *; et Doctor BAILLIE in ejus Anatomia Morbida. Illi æque aliis, eos invenerunt præter naturam molles, magni, et coloris rubicundi, quod, eos plus solito sanguinis accepisse, indicat. Pus interdum ex papillis renum exudare, videtur. Multum dilatati quoque ureteres, et pus continentes inveniuntur: in exemplo quod vidi quantitas puris, ex hoc tubo in eo pungendo profluebat. Quod factum fuerit in renibus necesse est, si quidem abscessus nullus erat ei connexus; et in urina ante mortem observatum est. Vesica multum amplificata reperitur, et vasa ejus absorbentia deficiunt. Ventriculus circa pylorum notas inflammationis monstrat, sed hæc per totum corpus aliquando generalis est; nam lien, pancreæ, cor, et ejus vasa magna intus easdem notas exhibent. Hepar plerumque sanum vide-

---

* SHIRREFF's Thesis, 1804.

tur, tanquam amplificatum, molle, et colori pallidi est inventum. Doctor MEAD diabetem retulit ad hoc jecinoris vitium, sed ejus opinionem Doctor HOME satis refellit. CULLENUS nunquam vitium ullum hepatis detexit. Glandulæ mesentericæ et lymphaticæ ampliantur, et solito densiores sunt, et nonnunquam materiam cretaceam continent, quam egomet vidi. Adeps ubique corporis pene evanuit, superstite pauxillo gelatinam referente *. Musculi omnes flaccidi et teneri præter naturam. Pulmones tuberculis et ulceribus sunt inquinati. Magni abscessus facti in partibus variis corporis, ut cervice, latere maxillisque, summe molestæ et ægrum infirmante. Nec alia defuere, quæ statum depravatum et vitiatum corporis totius demonstrant. Quinetiam, nervi quoque essent reperti ultra debitum tumefacti, et rubriores esse. Hoc valde manifestum, in exemplo quod in fatum desinit anno MDCCCXVII. Hæc apparuerunt: "The sympathetic nerve on both sides, from its entrance through the diaphragm, into the cavity of the abdomen, to its descent into the pelvis, was enlarged to about three or four times its na-

* Dissection by Dr MONRO.

tural size, and there was an increase in size of the splanchnic nerves to the same extent, from about two inches within the thorax, till it perforated the diaphragm *."

De Diagnosi.—Tam singularis hic morbus est, tamque sui pene solius similes, ut vix aut ne vix confundi potest cum ullo alio. Propter dulcedinem urinæ, facile ab Diabete Syptomatico vel Insipido distinguitur.

De Prognosi.—Diabetes sublatu difficillimus, et periculo imminente stipatus est habendus. Cullenus inquit, " In omnia exempla morbi vidi ipse, pluribusque quibus sum admonitus, in Scotia curatio nulla est facta †." Gregorius prognosin, nequaquam benignam affirmat esse, se dubitare necne unquam in sanitatem desierit. Suspensiones morbi injuria pro sanatione habitas putat. Multi ægrorum visi sunt, quibus indicia non pro multis annis recurrebant, sed tandem reverterint, et ægrotum con-

* " Dissection by Dr Gordon, 1817."—Records of Cases, Royal Infirmary.

† Practice of Physic.

fecerint, ut in exemplo inclyto (Meredith) accidit. Per menses octodecim ultimos ipse vidi septem exempla in Regio Nosocomio hujus urbis, e quibus, quinque post remedia omnia proposita, et ostentata sine successu adhibita, idem reliquerunt. Duo alii ægri exitum infelicem habuere. Nihilominus, ut fidem habere descriptione a Rollo tradita debeamus, qui inquit, "Diabetes is now so well understood, as to be successfully cured," enumerabo illas mutationes saltem, quæ spei anchoram præbent, sed non securitati terræ spondebo, in qua fuerit jactata. Quum sitis, et cibi desiderium vehemens decrescunt; cutis fit mollis, et tactui plana; perspiratio soluta; ad mingendum stimulus minus frequens; et ad progressionis modum urina in copia haud ita magna excreta, simul saporem dulcem amittens, colorem et odorem naturalem assumensque; cum reditu virium mentis, et hilaritatis ad animum ægroti depressum, de salute minus desperandum est. Signa his contraria semper indicant fatum citius aut maturius; et eheu! nimis sæpe priora fallacia inveniuntur. Quum anorexia ad bulimiam repente, sine remissione ulla indiciorum aliorum, accedit; quum visus privatio expleta

fit, et ardor urinæ valde gravis, subsidium sempiternum cito perpessionibus ægri, dabitur.

De Causis Prædisponentibus.—Omnis ætas, sexus, temperamentum, et vitæ status, sunt obnoxia. Ante pubertatem, in adulto, virili ætate, et senectute; inter divites et pauperes, hic morbus apparet. Temperamentum sanguineum fuit dictum esse proclivius ei. Senectus quoque dicebatur, sed hæc causa, observantia ipsa est refutata: autem ii luxui dediti, aut præliis veneris nimis pugnandis, in eum facilius incidunt. Animus fert credere, habitum scrofula imbutum, majus patere ei; ac ut morbum hæreditarium eum considerare. Quia illi tumores, qui tam vulgo in gradibus ultimis formantur, plane naturæ scrofulosæ sunt, et ab causis excitantibus in eam diathesin agentibus, producti. Scriptores multi ei opinioni favent. Storer in ejus epistolis, quas Doctori Rollo scripsit; sese diabeticos tres in eadem familia vidisse memorat: verba sunt hæc, "A gentleman, his sister, and her daughter, and the gentleman tells me, that his father died of the Diabetes." In alio loco addit, "A young man who consulted me several years ago, and was relieved by tonics, eme-

tics, and mineral acids, assured me, that two of his aunts had for many years been afflicted with the same disease : · · · · one of them is remarkable for fair hair, and a blooming complexion, but no marks of scrofula *." THOMAS mentionem fecit unum e fratribus tribus, omnes quorum sunt afflicti eo †. Hæc sunt notatu digna, etiamsi non clarissime comprobata fuerint.

DE CAUSIS EXCITANTIBUS.—Hæ toties auctoribus enumeratæ sunt, ut non opus sit, aut liceat aliquid novi adjicere, sed solum principes enumerare. Potuum calidorum excessus, multum fructuum acidorum ingestum, aut liquorum acidorum epotum ; ulla medicamenta agenta in renes, (diuretica scilicet), sunt causæ occasionales. Lac acidum, cibusque farinarius, eum producere notantur, atque hinc majus frequenter in Scotia accidit. Mentis motus deprimentes, evacuationes immodicæ, ut ab excessu in veneris delectationibus, masturbatione, seu aliis causis : cujus summa est, impressionem facere quamquam fortem in nervos, vel corpus de-

* ROLLO on Diabetes.

† THOMAS's Practice of Physic.

bilitare. Non dubito, frigus et defatigationem esse causas præcipue incitantes, impressioni factæ in genus nervosum, ac agente in habitum proprium corporis. Plurimi ægrorum quos ipse vidi, huic causæ morbum attribuere: unus ambulando per nivem imbremque triginta millia passuum, multum laboris patiens, habuit auctum permagnum urinæ fluxum, primo mane appropinquante; qui postea Diabetes confirmatus factus est. Sed usque post omnes, fatendum est nobis, simul rationem pene omnium causarum in obscuro versari.

De Causa Proxima.—Varii quidem opiniones fuerunt ad phænomena Diabetis exponenda. Attentionem medicorum in ævo omni jure sibi vindicavit, et in nullo morbo opinionis discrepantia tam magna fuisset; alii aliique putantes. Vix invenimus duos auctores, qui, quod ad id attinet, conveniunt. Ii qui scripserunt ante Willisium existimarunt, eum ex morbo renum ortum esse, aut affectione aliqua jecinoris.

Willis tamen primo retulit eum ad impeditam et pravam actionem, in corporis vivi functionibus omnibus, et potius morbum sanguinis quam renum appellavit. Ex medicorum opi-

nionibus recentiorum, meipsum cohibebo, maxime intra illas CULLENI, HOME, et ROLLO; qui videntur eum relegare ad defectum assimilationis, vel actionem ventriculi abnormem; eodem tempore statum depravatum succi gastrici producentem. Scientiæ Medicæ decus insigne CULLENUS, considerat morbum esse, "some fault in the assimilating powers, or those employed in converting animal matters into their proper animal fluids."

Doctor HOME favet fere opinioni eidem, et varietatem argumentorum ad eam probannam contulit, quæ, tametsi valde splendescunt, non secundum opinionem meam sufficere videntur. ROLLO strenue advocavit causam proximam ponendam in conditione peculiari morbida ventriculi: in ejus verbis, "we allege this disease consists in an increased morbid action of the stomach, with too great a secretion, and an alteration in the quality of the gastric fluid, producing saccharine matter, by a decomposition of the vegetable substances taken in with the food, which remain unchanged." Ad hanc opinionem confirmandam desiderium auctum cibi; acorem; subdulcedinem sanguinis, et supra omnia, consilium medendi,

adducit. De his igitur pauca sigillatim perstringere liceat. Quidam homines appetitum magnum non perpetuum comitem signorum aliorum esse, contendunt: quanto, illi eum deesse, videntur. Certe, morbo ingravescente, anorexia apparet, vel potius diætæ præscriptæ fastidium, sed sine morbo ipso in melius converso. Doctor F. Home compescuit appetitum, assafœtida ministrata, sed sine allevatione. Hinc apparet, nullum nexum indissolubilem, diabetem et auctum desiderium cibi intercedere. Forsitan, Naturæ benignum consilium, quæ cavetur, ne corporis tam cito immodico urinæ fluxu vires deficiunt, considerandum est. Detectio sacchari in sanguine huic theoriæ favere existimata est; sed Dobson est solus, qui præcise affirmat, sanguinem, materiam dulcem continere. Hanc neque Rollo nec Cruickshank potest detegere, quamquam eum subiisse mutationes diversas ex sanitate inveniunt: sicuti fermentationem, et putrefactionem tardiorem. Pro acore, argumenta non satis valere nobis videntur.

Quantitatem succi gastrici augeri judicatum, sed nunquam probatum fuit; et porro nulla materies saccharina unquam est ejecta ex ventriculo,

emeticorum actione; non igitur existimem, adhuc firmari opinionem, idem fieri in ventriculo. Effectus rationis medendi non est in toto benigna, ac etsi æger vescitur carnibus solummodo, erit quoddam tempus antea (et non sine usu medicamentorum aliorum) secretionem urinæ dulcis diminuendam. Non dubitavi tamen, effectum produci, sed eum attribuo cuidam stimulo specifico, vel actioni in genus nervosum; et cum Doctore ONTYD consentio, ventriculum ob consensum affici. In morbis variis ventriculi raro invenimus eos tendentes ad renes; sed quum hi afficiantur, ut ex calculo in pelvem eorum, proxime malum cum ventriculo communicatur. Post omnia quæ sunt dicta, animus fert credere, morbum in actione aucta et morbida renum positum, et ita saccharum gigni; et quoque hanc actionem oriri ex stimulo quoddam dato iis ab priore affectu generis nervosi; et causas excitantes esse frigus, vel quicquid in hoc genus valide agat. In functionibus cutis mutatio invenitur hoc morbum antecedere, quæ semper difficulter removetur, et interdum tolli non potest: sed porro, quamprimum hoc potest fieri, signa succumbunt. Res, quæ inclinat me ad hanc opinionem est; quod nervi sympathetici,

et splanchnici eo amplificati, ut triplo vel quadruplo solito ampliores sint, in uno exemplo; dum in ventriculo, vix ulla morbida mutatio nisi rubor levis circa pylorum fuit.

De Ratione Medendi.—Ex magnis tenebris, quibus hic morbus implicatur, non fieri poterit, nisi observatione, et exemplorum collectione, ut ullum peculiare medicamentum, vel remedium proponeretur: et verisimile est adhuc medicinam non nisi ad mitiganda signa valere. Consilia curandi sunt, signa molesta mitigare; vires corporis sustinere; vel eventum lethalem differre. Rationem medendi esse non minus tenebrosa, quam theoriam, concludetur, ex aviditate qua ulla remedia nova adhibentur: sed ex hac diversitate, quoque adaptante remedia ad quamque theoriam fit dubium, quæ remedia plurimum prodessent. Ea quæ tonum corpori impertiunt, multum sunt data; et Doctor Ferriar exemplum hujus morbi feliciter terminati ex usu Cinchonæ officinalis et Acidi sulphurici protulit.

Alii sine fructu eadem exploravere; et Doctor J. Home signa tonicis remota nunquam vidit, etiamsi ingresserit prope omnia inclusa in

Materia Medica. Aliquid tamen juverunt. Adstringentia si diligenter ministrata valde efficacia esse, promittunt. Signa tam multum aqua calce relevata vidi, ut ægrotus ejus effectum bonum sensit; et postquam fuisset intermissa, eum rursus rogavit. Sitem levavit, et fluxum urinæ diminuit. Alumen, Kino, Catechu, et Arbutus uva ursi, sunt ea quæ plerumque adhibentur; et ex his, alumen multum laudatur. Dr GREGORY id commendat factum in serum aluminis quodammodo. Acidum sulphuricum utile invenietur, in illis exemplis quæ prona ad phthisin videntur. Laxitatem et paralysin tubuli uriniferi putandam hoc morbum inducere, res quæ in vias urinarias actionem propriam habent, affectionem removere finguntur. Tinctura Meloës vesicatoriæ detur primo ad gutt. x. in die, et gradatim augetur. In uno diabeticorum apud Nosocomium hujus urbis, ad gutt. XLV. sine ullo præmio devehebatur. Narcotica ex quibusdam medicinæ professoribus portionem celebritatis eorum acceperunt. Opium datum in dosibus magnis interdum prodesse inventum est. In illis exemplis relatis a Doctore WARREN, ejus impulsum in secretionem renum morbidam demonstravit. Non vidi id quietem dare, etsi ad grana

XIV. in die urgebatur; signa ingrata potius produxit. Conjunctum cum antimonio inæstimabile est pro rebus faustis ex eo oriuntibus. Digitalis mihi apparet valde inefficax esse: in exemplo *Symington*, attamen urina ex ejus usu dicebatur minui. Ex cute arida, et actione vasorum exhalantium diminuta, emetica videntur præcipue indicari. In formis duabus dentur; primo evacuare ventriculum plene, et postea parvæ doses apud longa intervalla ad aliquamdiu nauseam sustinendam dari possunt. Ab his rationibus sudor gignitur, sitisque extenuatur. Tartras Antimonii, vel Pulvis Ipecacuanhæ et Opii usurpetur. Balneum calidum multum prodierit, promovendo sudorificorum effectum. Minuit sitem, et plerumque excitat actionem cutis; reddens eum molliorem, et præbens sensum gratum ægroto. Post ejus usum cutis fit laxa: vidi pediluvium omni vespere, cum beneficio manifesto uti. Quicumque sudorem efficit, levamentum evidens dabit. Dr HOME observavit, Hydrargyrum proclivitatem peculiarem ad eam producere, sed febrem in exemplis duobus ex ejus actione ortam esse. Simul cum eo, existimo eum esse remedium valens, si cura propria administretur. Balneum frigidum in forma rivi

regioni renum affusum, eos roborare, commendatur. Inunctio ad impediendam absorptionem per cutem ex aëre, ab hominibus fide dignis laudatur. Venæsectio et diæta antiphlogistica fortiter sunt advocata, a scriptore recenti, ad inducendam actionem novam systematis. Dat multa exempla, successum ejus probare. Quanto ego eum tentatum vidi, potius signa auxit, sed nihilominus, in stadio morbi incipiente, me non deterreret scalpello utendo; et usque serius quum hæmoptysis, vel alia signa morbi pectoris apparuerunt. Alvus est plerumque valde iners, medicamentis ad eam solvendam exigens. Catharticis lenioribus, veluti salibus mediis vel oleo ricini, resolvi potest. Submurias hydrargyri præstantissimum inveniatur; actionem intestinorum mutando, et excretiones majus naturales faciendo. Doctor RUTHERFORD Rheum palmatum, ut det vim ventriculo intestinisque, dum purgat libere, laudat. Remedia alcalina vel ad sacchari formationem in organis concoquentibus impediendam, vel ad nauseam et debilitatem inducendam, ita desiderium cibi inexplebile reprimentia, adhibentur. ROLLO ad hanc rem Hydro-sulphuretum ammoniæ, Sulphuretum potassæ, usurpat. In uno exemplo sub

Doctore Home diu administrabatur. Pro quodam tempore habuit effectum faustum, et usque saporem urinæ salinum produxit: sed tandem intermitti coactus, quod in exemplis omnibus, quum nausea aut vomitus, vertigo, stupor, cum diminutione ulla actionis cordis arteriarumque apparent, fieri debet. Grana quinque primo adhibeantur, et pedetentim augeantur. Epispastica vel fonticuli applicata ad regionem renis utriusque, multum laudantur; et existimo ea certe haud esse contemnenda. Rubefacientia circa spinæ cursum quoque tentantur.

Nunc solum, mentionem facere diætæ ex carnibus mihi remanet; quæ agger ingens contra morbum esse videtur. Habemus utilitatis exempla multa regiminis hujus, et in mea opinione nunquam negligendum est. Doctor Home primo ejus usum proposuit; cui Rollo succedit in eo utendo: solum incommodum est, quod fastidium ægro movet; et difficile est hoc remedio satis diu uti ægrum persuadere. Sicuti eleganter exprimitur: "We have to lament, that our mode of cure is so contrary to the inclinations of the sick. Though perfectly aware of the efficacy of the regimen, and the impropriety of deviation, yet they commonly trespass; concealing

what they feel, as a transgression on themselves. They express a regret, that a medicine, however nauseous or distasteful, could not be discovered, which would supersede the necessity of a restriction on diet *." Doctor Duncan observavit, adipem carnis, et butyrum, appetitum supprimere, et id cum carne aliquanto rancida laudat. Quandocunque cibo vegetabili utimur, erit bene eum dare, minimum proclivitatis ad dulcedinem habentem.

Ad sitem mitigandam aqua calcis communis lacte commixta effectum habebit, dum quoque adstringit; et lac, aliam diætam palato majus gratam reddit. Aqua super-carbonatis potassæ, vel aqua magnesiæ aëratæ daretur. Quidam aquam acidulatam acido nitrico commendant. Liquores spirituosi sedulo prohibendi sunt; et nil quod facile acescat concedi debet.

Morbo appariter concesso; idoneum erit, rationes suasas aliquod temporis protrahere, cavere ne morbus rediret.

---

* Rollo on Diabetes.

FINIS.